

Hanc armis validis , Hostis crudelis ut Acha B
Vndiq; per Regni quæsivit climata ; fervo R
Notus erat Cunctis ; patuerunt Illius act A
Gentibus armigeris : verum Sors , Militis his a B
Actis secessit , cecidit spes omnis in ill A.
Rectius hæc multò petuit Diademata Lume N
Orbis Fernandus , (veluti data symbola monstran T
Roboris invicti) quare Sors risit & Ill I
Vultu constanti , Spes Eius firmior Ar Æ
Mansit regali ; paucis Res explico verbi S:
Est opus inventum Pacis , Fernandus adorna T
Tertius Ausonidum Rex clari signa triumph I.
Buccina clara tonat , Tormenta sonantia fulgu R
Orevomuntrutilum , resonant simul organa Templ I
Humanis modulis certant & carmine Mus Æ,
Exultant omnes , rectâ Juvènesq; Senesqu E
Mente novo Domino congaudent ; imò salutan T
Omnia Regna suum Regem , dant pignus Amori S
(Regia Dona puta) Legati nomine clar I.
Vrbis & Urbanus summus sua nuncia Præsu L
Mittit , & bis factum firmat pro Rege celebr E.
Regales demum tantos hos Clerus honore S
Exornat precibus , nec non clarissima clar I
Xanthi Turba suæ veneratur grammate penn Æ.



GLOBUS